



OC. AGITE. SULTIS. SPECTATORES. NUNC. JAM.

OCULOS. ADVORTITE.

QUOTQUOT. VIDERI. VULTIS. OCU LISSIMI.

INSPICITE. ASPICITE. NEC. DESPICITE.

INSPECTOR. IPSUS. INSPICIENDUS. SISTITUR.

NON. IN. SPECULA. SED. IN. SPECU.

NON. IN. AMBONE. SED. IN. TUMBA.

OBIIT. ABIIT.

VIR.

MAXUME. REVERENDUS. PRÆCLARISSIMUS.

NEC. NON. DOCTISSIMUS.

Dn. JOH. ANTONIUS.

WIRTH.

PASTOR.

QUONDAM. FIDELISSIMUS.

CUJUS. ODEUM. ERAT. ODENSPIELA.

ODAS. IN. THRENODIAM. QUÆ. JAM. COMMUTAT. SUAS.

INSPECTOR. SIMUL.

CUJUS. VIGILANTI. EPHORIÆ.

TOT. CONCRETITÆ. ERANT. PAROCHIÆ.

QUOT. DUCATUS. SUPERIOR. MONTENSIS. NUMERAT. LUTHERANAS.

HOSPES.

NATALE. CAUPONIS. NOMEN.

CUI. A. PRIMIS. QUASI. NATALIBUS.

CAUPONARIÆ. ADMINISTRANDÆ. RATIONEM. INGENERAVERAT.

NON. QUIDEM. PROFANÆ. SED. SACRÆ.

QUEMQUE. AVITA. SIGILLATA. CALICE. SIGILLA.

ET. CRATERE. INSIGNITA. INSIGNIA.

JAM. TUM. AB. EPHEBIS.

OMINE. HAUD. SINISTRO. PORTENDERUNT.

DAPIFERUM. CHRISTI. DAPSILEM.

POCILLATOREM. VIGILEM.

ET. OECONOMUM. FIDELEM.

IMO. PANDOCHÆUS.

AD. QUEM. PALLAS. IPSA. CUM. SUIS. LARIBUS.
ET. CHARITES. CUM. SUIS. CONTUBERNALIBUS.
QUASI. DIVERTISSE. VIDEBANTUR.

IN. CONFERENDIS. CONSILIIS. QUI. NUNQUAM. ASYMBOLUS.
IN. COMPUTANDIS. VITÆ. RATIONIBUS. QUI. NUNQUAM. ALOGUS.
IN. DIFFICILIBUS. EXPEDIUNDIS. QUI. NUNQUAM. DIFFICILIS.
IN. REBUS. GRAVIBUS. QUI. NUNQUAM. QUICQUAM. VISUS. FACERE. GRAVATE.
PATRIÆ. SANCTIORA. JURA. QUAM. HOSPITII.
CUM. TIMOTHEO.

QUI. SEMPER. ESSE. DUXIT.

INSPECTOR.

QUI. NON. TAM. PRÆESSE. QUAM. PRODESSE. AMABAT.

*ALIIS. PRÆLATUS. AT. NUNQUAM. ELATUS.
IN. OFFICII. FASTIGIO. SINE. FASTU.
GREGIS. TYPUS. SINE. TYPHO.
MINISTERII. VERTEX. SINE. VERTIGINE.
ET. CAPUT. NON. SINE. CAPTU.*

IN. INSPECTIONE. ALIORUM. SEMPER. INSPECTOR. SUI.

EXASCIATI. VIR. JUDICII.

EHEU. MORTUUS.

SED. MAJORE. ALIORUM. DAMNO. QUAM. SUO.
HOSPITE. ENIM. HOC. SOSPITE.
PLERAQUE. ERANT. SALVA.
SALVI. CALCULI. HOC. CALCULATORE. SALVO.
HOC. AUTEM. EVOCATO.

RATIONES. SINE. RATIONE.
PASSIM. PERTURBATUM. IRI. QUIS. NON. VEREBITUR?

SED. HOSPES. JAM. BEATUS.

CERTA. CUI. DOMUS. EST. DUM. NOBIS. HOSPITA. TELLUS.

ET. VERE. JAM. DISTRICTUS. SUPERIORIS.
INSPECTOR.

CUI. HOC. INFERIORI. INSPECTO.

SORDEBAT. FURVUM. HOC. ET. FUMIDUM.

AT. SUPERIORI. ELECTO.

ARRIDEBAT. FLORIDUM. ET. FULGIDUM.

HOSPITIUM.

DAPALES. QUOD. DAPINAT. EPULAS.

NECTAR. ET. AMBROSIAM.

IPSA. AULA. SUPERUM.

DE. NOVO. HOC. QUÆ. SIBI. JAM. GRATULATUR.

HOSPITE.

TRIPUDIO. ET. JUBILO.

QUO. OLIM. DIDONIS. AULA. SUUM. EXCEPISSE. FERTUR.

HOSPITEM. DARDANIUM.

QUIS. NOVUS. HIC. NOSTRIS. SUCCESSIT. SEDIBUS. HOSPE,

TU. IGITUR.

QUISQUIS. FUAS.

HOSPE S. SOSPE S.

ACOETES. AUT. LOCUPLES.

PRÆSES. AUT. ANTISTES.

VEL. TITULO. QUOCUNQUE. SUPERSTES,

IRUS. AUT. CYRUS.

PEREGRINUS. VEL. INQUILINUS.

ANTOECUS. VEL. PAROECUS.

INDIGENA. VEL. ALIENIGENA.

HOSPITIUM.

MUNDUM. HUNC. ESSE. DISCITO. ET. DICITO.

HOSPITUM. QUIDEM.

AT. SIMUL. INHOSPITALE.

HOSPITES.

QUOD. TANDEM. EXTRA. ÆDEIS. ELIMINAT.

UNA. CUM.

SUO HOSPITE.

ET. DENIQUE. MORE. ABITURIENTIS. HOSPITIS.

DIC:

VALE. HOSPE. DILECTISSIME.